

Ecclesias, & cęmeteria, capitula & oratoria
 vbicunque existentia, tam recepta quam re-
 cipienda, ac paramenta & ornamenta, & alia
 quecunque ad diuinum cultum, & vsum Fra-
 trum necessaria, in quibus Chrisma non in-
 teruenit, pro eorundem Fratrum v su tatum
 solemniter benedictione valeant benedicere.
 Et voluit, quod hoc idem possint alij Fra-
 tres eiusdem ordinis, qui ad hoc in Capitu-
 lis Generalibus deputati fuerint. Ex Com.
 priuileg. nu. 14. Hoc idem de nouo concessit
 & confirmauit Fratribus Prędicatoribus
 & Minoribus vt referunt Pater Noreña, &
 Pater Magister à Veracruce ver. Benedicere.
 ¶ Circa hanc concessionem aduerte ex ea
 manifeste probari Guardianos, & Priores
 Conuentuales posse benedicere corporalia,
 quia conceduntur specialia, scilicet Eccle-
 sias & oratoria benedicere, & postea addit.
 Ac omnia alia quecunq; ad diuinũ cultum
 necessaria cum exceptione eorum in quibus
 interuenit Chrisma. Et certum est in bene-
 dictione Corporalium minime Chrisma in-
 teruenire. Ita tenent prędicti Patres, &
 Pater Emanuel. Tom. 1. qq. Regularium.
 q. 19. art. 2.

¶ Frater